Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dia vita · si feceritis iudicium inter virum et proximum
eius · ad uiue et pupillo et uidue nõ feceritis violentiam · nec sanguinem innocentem effundentis in loco hoc
et post deos alienos nõ ambulauerit in malum vobis · Inuitabo uos in loco isto in terra quam
dedi patribus vestris · a seculo et usque in seculum · Dicit dnus omnipotens

O mnes omnium in te sperant domine et tu das illis escam in tempore opportuno · Vel
tuno · V aperis tu manum tuam et impleis omne animal benedictione

In illo tpe · Dixit dnus ihesus secundum iohannem
turbis iudeorum · Operamini nõ cibum qui perit · sed
qui permanet in vitam eternam · quem filius hominis
dabit vobis · Hunc enim pater signauit deus · Dixe
runt ergo ad eum · Quid faciemus ut operemur
opera dei · Respondit ihesus et dixit eis · Hoc est opus
dei · ut credatis in eum quem misit ille · Dixerunt
ergo ei · Quod ergo tu facis signum ut videamus
et credamus tibi · Quid operaris · Patres nri manducaue
runt manna in deserto sicut scriptum est · Panem de
celo dedit eis manducare · Dixit ergo eis ihesus · A
men amen dico vobis · non moyses dedit vobis
panem de celo · sed pater meus dat vobis panem de
celo verum · Panis enim dei est qui descendit de ce
lo et dat vitam huic mundo · Dixerunt ergo ad eum · Do
mine semper da nobis panem hunc · Dixit autem eis
ihesus · Ego sum panis vite · Qui venit ad me nõ
esuriet et qui credit in me nõ sitiet unquam · Offer

Si ambulauero in medio tribulacionis vivificabis me domine et super
iram inimicorum meorum extendes manum tuam et salvum me faciet dextera
tua Sed ac nos quos domine ad sancta mysteria
pontificalis meriti accedere · nec semper expectes deseru